



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Epistola de Regimine Prælatorum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**



IESVS, MARIA, IOSEPH

## EPISTOLA

Reverendi Patris nostri THOMÆ à IESV,

Scripta nostro Patri Ioanni à S. Hieronymo, Visitatori Generali & Provinciali Germaniæ, Romæ & Neapoli primario Professore nostræ Congregationis,

## DE REGIMINE PRÆLATORVM.

**Q**uotiescunque materiam, gubernium concernentem, modumque alios regendi pertracto, maximo metu ac timore percellor, cum enim diversos hac in re defectus à me commissos perspiciam, non ausim alijs de eadem doctrinas impertire. Ad iustionem tamen R. V. quid de illa sentiam, breviter explicabo, partim è doctrinis SS. Patrum, partim ex ipsa experientia, hausta ex observatione normæ, quam alios in modo regiminis observasse animadverti.

E sanctis primus occurrit D. Bernardus, qui solide admodum partes ac officium Prælati, paucis verbis est complexus, ac in tria puncta digessit: Primum in bono exemplo resurgat, deinde ut orationis studio sedulo incumbat, denique ut non solum subditis virtutis specimen præbeat, & orationis præsidio sustentat, eos regat & gubernet, verum etiam ut partu doctrinæ eos pascat. Quæ quidem res ad se inter se connexæ sunt & concatenatæ, ut una harum ab alia necessarîo dependeat; doctrina enim, ac institutio absque orationis & exempli præsidio, erit tanquam vas sonans, & cymbalum tinniens: deficiente namque bono exemplo, & studio orationis, quæcunque doctrina, tametsi altissima sit, occasionem parit potius murmurationis, quam fructus & emolumentum.

Hanc doctrinæ adjungo aliam ejusdem D. Bernardi, non minus quam prædicta, necessariam; ut nimirum Prælati os habeat blandum, sed manum rigidam & severam, id est, ut modus ipsius agendi & procedendi, sit suavis & dulcis, simul tamen & severus & integer in ordine ad legem suam observantiam, quod duobus verbis comprehendit David dicens: *Dulcis & rectus Dominus; propter hoc dabit legem delinquentibus in via.* Unde Christus Legislator est præcellens, quia dulcis & rectus: rectitudo enim, & integritas absque suavitate, est rigor intolerabilis; suavitas sine rectitudine in relaxationem facile vergit, ut proinde necesse sit, si Prælati velit, suum gubernandi modum, efficaciam fortiri, prudentiâ is polleat, duo hæc in-

ter se miscendo; quemadmodum acredo dulcedini in malo punice, seu Granato jungitur: quod si totum acre & acerbum foret, manducari vix posset, si totum dulce, minus sanitari conducere, nec gustui & palato admodum arderet. In cujus confirmationem affatus est Spiritus Sanctus, quod sapientia omnia attingat à fine usque in finem fortiter, & disponat omnia suaviter; id est, quia disponit omnia suaviter, est tam potens, ut attingi faciat ab uno ex remota ad aliud, ut est ex hominibus Angelos efformare, imbecilles ac languidos fortes reddere ac robustos, imperfectos perfectos: quod proptium est Superiorum officium.

Prælati non solum sit Pater suorum subditorum, sed etiam oportet ut saltem per amorem palam se, ut subditi eum percipiant, exhibeat. Exhibebit autem in duobus præcipue, ad quæ seu capita quædam, totum Superioris gubernium reducitur: unum temporalia respicit, spiritualia alterum. Quoad primum, tenetur sufficienter subditis providere in temporalibus, ne quid eis, si ve sanis, si ve infirmis necessarium desit.

Non convenit Superiorem expectare, donec subditi eum conveniant, eique suas necessitates ipsi manifestent, sed has præveniat, si eas exterius cognoscat, si vero internæ sint, ut cognoscere eas nequeat, præcipiat ut ipsas aperiant. Attendat vultum subditi, & ad instar matris, si quem macilentum & confectum, vel alia indispotionis alicujus indicia deprehenderit, eum amore jubeat, ut, quod malum patiat, detegat. Dici non potest, quantum devinciat ut subditi, dum cernit illam Superioris sollicitudinem & amorem, adeo ut interdum pro levi aliqua sublevatione, quam illi non petenti, superior sponte sua indulget, mansipsum effectus esse videatur, modestus tamen in omnibus servetur & prudentia. Studeat consolari subditos, & sæpe desiderium demonstret eos oblectandi in iis rebus, quæ Regule constitutionibus, bonisque moribus non repugnant, quod si oportet Superiorem desistere in unam partem, potius ad charitatem inclinet, sic enim minus errare poterit.



Intelligent sciantque subditi, bonam Superiorem de se habere opinionem, & quod magnam adhibeat curam tegendi defectus & imperfectiones illorum: eosque honoret, quoad poterit apud Superiores ac ceteros defendat.

Non solum agat cum ipsis amorosè: sed etiam cum urbanitate religiosa, perinde ac si quilibet illorum valde ambiciosus esset, & honoris sui, & fame cupidus, & hoc punctum valde devincit & conciliat animos, ut conservetur amor, & mutuus erga Superiorem affectus ac confidentia quod est summe necessarium ad promovendam subditum; uti docuit S. Bonav. in opusculo parvo cap. 26. ubi ait: *Deferre similiter socijs honorem, charitatis Fraterna fomentum est conscientia bona illustre, evidensque argumentum.* (sequitur) *vix nisi socio deferat cum ipso proficere.*

Conetur esse valde exactus, sed fidelis in verbis & promissis, nec utatur artificioso sermone & equivocatione; nihil enim, hac via procedendo, proficere.

Non facile credat murmuracionibus; neque se dirigat secundum illos, qui nimium habent zelum, vel qui passione contra aliquem moventur sive urgentur, similia enim alios solent inquirere.

Studeat magis amari quam timeri: quod si oporteat declinare in unum ex his duobus extremis, nec in medio possit existere, plus ad amorem quam timorem declinet.

Quod autem ad spiritualia attinet, maximum debet adhibere studium, quod in Cœnobio viget pax & observantia. Et quidem pro retinenda pace, multa oportet eum devotare & sufficere: nam pax in Communicate, bonum est incomparabile, & observantia sine pace, est vita remigantium in tritibus, seu, ut melius dicam, est inferno propria, ubi quidem obediunt, sed simul moriuntur, obiendoque vertuntur in rabiem.

\* Non prodat singularitatem aliquam cum quocumque: ea enim est causa plurium damnorum, nam dum particulari affectu erga aliquem fertur universalis omnium reliquorum Pater esse desinit.

Si advenit subditorum aliquem aversione seu repugnantia contra se laborare, precipue si ad sit periculum aliquod seu occasio offendendi Deum, sermo illum Deo commendet, speciatim pro illo orando. Et possum in veritate dicere (experientia edoctus) quod nihil ita subditum salvet, quam oratio Superioris. Nec tamen hoc satis erit: quin etiam, si talem male contentum & affectum tentatumque perspexerit, quidnam illam male habeat, inquirat, eique loquatur, & cum illo agat ingentem amore & charitate: remittat sepe brachiam & potestatem suam, cedat iuri suo, ne pauper subditus suis se dedat passionibus, viamque salvationis sibi inire clodat.

Non nimium zelosus sit, quia talis nunquam requiescit, prout S. Benedictus ait in sua Regula, vigilare quidem eum decet supra subditos suos, sed cum prudentia & discretionem.

Quando reprehendet & corripiet, tempus opportunum & occasionem observet, & quod magna prudentia opus est; non enim omni tem-

pore convenit reprehendere, nec herid potest nec debet: quæcumque subita & repentina emendatio amplius nocere, quam prodesse consuevit; hac enim subditus exasperatur, & quandoque, de preterito respectu, solent in faciens Superiori resistere. Reprehensiones igitur quoad fieri potest differat, ac pro Receptorio, & Capitulo reserret: nescio enim quæ animam Superioritatem, & quale pondus in istis locis Deus Superioribus addat, ad hos 2 Quos rite exercendos, & quantum humilitatem, & submissionem animi subditorum imprimat. Unde dicere & concludere possumus, Deum velle, ut his in locis culpa & defectus corrigantur. Quod si advenit ex subditi dispositione longiori tempore correctionem differendam, differat: non enim Deus obligat Superiorem ad reprehendendum tantum, sed ad retinendum in tempore opportuno, maturæ occasione, & tempore, quod igitur illi faciendum, nisi exactoris curialis munere fungere vellet, dicens: fecisti hoc, solus: & tamen si desuperes, vel te ipsum condemnes. Potestas Religiosa nobilior est, & præcellentior, ingenua & subtilis, tempus, occasiones opportunas requirit & tempestivas. \* Quod non facere suavitatis, quod est Ecclesiæ testimonium de predece & recto pralato, qui blandimentis præditus, lenitas plenus, omnium subditorum in Deum provocavit affectum. Ad modum corripendi pertinet suavitatis, ponderatio culpa in generali, abstrahendo à persona delinquentis; quandoque culpam excusate, non potest verba pungitiva, hæc enim animos valde solent exasperare; & dum hit unum vulnus, & plaga curari in eundem, centum infliguntur, si que thierica in venenum convertitur.

In reprehensione tres sunt gradus: primus est ad amorem, secundus ad roborem, tertius ad dolorem; id est, in primo gradu, torum debet esse amor, quod denotat, secundum S. Augustinum, verbum *corripere*, quod idem est ac *corripere*. Tali modo igitur corripimus, ut corripimus & animos futurum secunda correptione causabit aliquam veritatem & confusio-nem; quam si non subsequatur emendatio, emendabit, & castigabit penitentem ijs juxta culpam gravitatem. Advenit autem Superior, ne reprehenda culpam aliquam, de qua non sit bene informatus.

Post correptionem culpa, benignitatem & lenitatem ostendat Superior, ne videatur punivisse ex ira & cholera, sed ex mero zelo Religionis, & spiritualis boni ipsius subditi, & extrinsecus iudice, se animo valde illibenti, & repugnante ad corripendum, & puniendum induci, & tantummodo id est, ut satisfactio Officio suo, & conscientie, ut proinde delinquens ipse parcat & habeat excusatum.

Convenit ut superior secretum non violet, circa illa quæ illi subditi concedunt & dicunt, hæc enim via valde ab ipsis amabitur, ut suas tentaciones, & alia interiora cum ipso communicent & patefaciant.

Exhibeat se suavem in suo modo agendi, ut quilibet subditorum audeat cum ipso interiora sua confiteri ac perticere, cui rei magnam adhibebit curam; & valde serio studeat profectui spirituali subditorum, cum Deus illi mandaverit ut colas vineam suam, & sciat ius-



ta culturae qualitatem, & fructus producendos.

Tandem, tam principium quam medium, & finis felicitis regiminis, à continua superiori oratione dependet, quâ Deum duo rogabit indefinenter; Primò, ut sibi lucem imperitatur ad gubernandum oves ab iplo sibi concreditas: secundò pro subditorum spirituali profectu. S. Bernard. Epist. 201. Ergo in hâ duobus mandatis verbi scilicet atque exempli, summam sui officij, ad conscientia securitatem pendere intelligo. Tu tamen, si sapias jungas & tertium: studium videlicet oratio-

nis; ad complementum utique trina illius repetitionis in Evangelio de pasce oves; pasce oves meas. In hoc noverit illius Trinitatis Sacramentum in nullo frustratum à te, si pascas verbo, pascas exemplo, pascas & sanctarum fructu orationum. Manens itaque tria hæc: verbum, exemplum, oratio: major autem hæc est oratio. Nam est (ut dictum est) vocis virtus sit opus, & operi tamen & voci gratiam efficaciamque promeretur oratio.

Finis Epistolæ.



JESUS MARIA JOSEPH. QUÆSTIO:

Vtrum Rex vel princeps aliquis catholicus possit permittere libertatem conscientia in suo Regno?



Rimo videtur subjectis rationibus probari non posse, principem Catholicum illam sine gravi peccato permittere.

1. Est ob grave scandalum quod exinde emerget, assumere possent omnes, ad quos illius facti notitia deveniret.

2. Ob periculum quod immineret (debilibus præsertim) qui facillimè possent perverti.

3. Quia ejusmodi libertas notabiliter interturbaret pacem publicam, ac mutuam subditorum inter se unionem, ad cujus diuturnam conservationem nihil ita conducit ac unus ac idem in omnibus ejusdem Dei cultus, unus Dominus, una fides, unum baptisma: ad quam unionem nos invitat Apostolus Ephes. 4. dum ait: solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis: sicut econtra nihil ita nutrit rixas, & dissidia, & tumultus in populo excitat ac permittit religionis libertas.

Quæ quidem ratio confirmari potest exemplo Juliani Apostatae, de quo refert Damianus Marcellinus lib. 22. quod ut Religionis Christianæ cultum aboleret, permiserit unicuique liberum cujuscunque religionis, quæ sibi magis applauderet, exercitium, prævidens fore ut ex hac Religionis diversitate orirentur multæ dissensiones, & sic partim religio Christiana pevitus exingueretur: cujus quoque rei meminit expresse sanctus Augustinus Epist. 106. his verbis, eo modo putans Christianorum nomen posse petre de ceteris, si unitati Ecclesiæ, de qua

lapsus fuerat, invideret, & facilegas dissensiones liberas esse permitteret.

Ultima est ratio, quia impossibile est perfectum servari inter Catholicos & Christianos unius & ejusdem reipublicæ unionem, ut patet experientia ex ijs, quæ gesta sunt nostris temporibus in Gallia & Germania, quippe cum hæresis soleat universam provinciam, qua grassatur, statum subvertere, ac varias rerum mutationes inducere, ut fulius explicat Pater Ribadeneira lib. 1. de principe Christiano à cap. 12. usque ad 28. & cap. 29. enumerata varia punitionum genera, quibus Deus castigavit principes & regna propter hæresum permissionem.

His & alijs, brevitatis gratia ommissis rationibus videtur clare ostendi, principem Catholicum non posse sine gravi culpa permittere libertatem conscientia.

U. autem huic quæstioni distinctè & clarè respondeam, advertendum est illam in triplici sensu intelligi & usurpari posse. 1. Est, an liceat principi, vel regi pacifico alicujus regni, in quo viget catholica religio, Dominium possidenti (qualis est rex Hispaniarum in Hispania, & in his statibus) permittere prædictam libertatem, dando plenam potestatem unicuique credendi, quod sibi magis arriterit.

2. Sensus est, casu quo in toto regno vel majori illius parte prævaleret hæresis, sicut de facto contingit in aliquibus provincijs imperatoris Dominio subjectis.

3. Quæstionis sensus est, casu quo Rex aliquis, vel princeps haberet quidem jus ad aliquam provinciam, veruntamen ob subditorum rebellionem nullam ipsius possessionem vel administrationem obineret, nec moraliter loquendo

Ribadeneira lib. 1. de principe Christiano.

Pro quæstionis intelligentia notandum.

IESU

Spiritu II